

Rheinisches Museum für Philologie 1 (1832) 60–64

## In Alcaei fragmenta observationum mantissa.

In novissima fragmentorum editione vulgantur p. 11. No. II.

*ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον  
ναὶ φορήμεθα σὺν μελαίνα  
χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ κάλων.*

Postremam vocem in mendo iacere, V. D. haud fugit: neque difficile ad divinandum, ibi voci *κάλως* optime locum dari. Quare nuperus fragmenti editor *κάλων* reponendum duxit, si sensum respicias, recte, sin vero vocabuli formam, minus. Phavorinus enim: *κάλους φασίν*, inquit, *ὅς τὸ ἰστίον συσπᾶται καὶ ἀνίεται. τὸ δὲ σαφέστερον οὕτω κάλοι, τὰ ἐν μέσῳ τοῦ κέρατος ἀνάγοντα καὶ χαλῶντα τὸ ἰστίον, κληθέντα οὕτω παρὰ τὸ χαλᾶν. καὶ ὅρα ὅτι κάλος οὐκ ἐκτείνει τὴν λήγουσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, εἰ καὶ Ἀττικῶς μεγεθύνεται.* Ex postremo observatis, quibus non est, quod fidem denegemus, patet, primum agi hoc Phavorini articulo de vocabulo *κάλως*, deinde ab antiquioribus non *κάλως*, quod demum Atticorum fuisset, dictum esse, sed correpta ultima *κάλος*. Haec igitur primitiva forma vocis fuisse videtur, in cuius locum posterius *κάλως* Atticorum successit. v. Barin. Camertis Eclog. p. 259 ed. Dindorf. 1) Quam ob

1) Insigne ab hac voce derivatum proverbium, *πάντα κάλων σείειν*, de quo vide Valck. Diatr. p. 233. B., in mentem hic venit, quo suam in rem verso usus est Plato Protag. p. 338. A. *ἀλλ' ἐφείναι καὶ χαλάσαι τὸς ἥντας. τοῖς λόγοις, ἵνα μεγαλορρηπέστεροι καὶ εὐσχημονέστεροι ἡμῖν φαίνονται, μήτ' αὖ Πρωταγόρου πάντα κά-*

rem ego Alcaeo malim reddere κάλον. Alibi sic scriptum vocabulum legitur, καῶλον. Ut, quod magni momenti videtur, in Platonis loco infra admoto revera vocem Codex Clarkianus exhibet: alius καλόν, ita ut praeterea dubitare liceat, an omnino recte in Platone κάλων vulgétur. Qua de re amplius quaerendum.

Ibid. pag. 25. No. XVII. ex Himerio soluta oratione: 'Ο δὲ (Apollo) ἔτος ὄλον παρὰ τοῖς ἐκεῖ θεμιστεύσας ἀνθρώποις, ἐπειδὴ καιρὸν ἐνομοθετεῖ καὶ τοὺς Δελφικοὺς ἠχῆσαι τρίποδας, αὐτῆς κελεύει τοῖς κύκνοις ἐξ Ὑπερβορέων ἐφιπτάσθαι. 2) Ἦν μὲν οὖν θέρος καὶ τοῦ θέρου τὸ μέσον αὐτό, ὅτε ἐξ Ὑπερβορέων Ἀλκαῖος ἄγει τὸν Ἀπόλλωνα etc. Matthiaeus legendum suadet καιρὸν ἐννομον ἦδει. Facilius et ut putō, verius corrigas: Καιρὸν ἐνουθέτει, quamquam cave ne hoc, quod Himerii est, ab Alcaeo dictum credas. Anonymus quidam in *Allgemeine Schulzeitung*, 1828. No. 13. p. 97. nuper legendum suspicabatur: ἐπειδὴ καιρὸς ἐνομοθετεῖ, idque Himerio ornatae orationis studioso tribuebat.

λων ἐκτείναντα, οὐρία ἐφέντα φεύγειν εἰς τὸ πέλαιος τῶν λόγων etc. Ubi nisi prorsus fallor, verbum ἐκτείναντα mendosum est. Ut de velis recte ἐκτείνεσθαι dicatur, tamen idem de rudentibus usurpari non potest, quae quidem intenduntur, non vero extenduntur. Neque in proverbio illo verbum ἐκτείνειν locum habet, sed σείειν, κινεῖν, τείνειν, ἀνασειεῖν vel similia. Quare probabilis mihi visa est coniectura, vel ἐντείναντα vel ἐπιτείναντα Platoni restituendum esse, quibus recte superius illud χαλάσαι opponitur. Nam si Virgilius *rudentem explicare, excutere* dixit, hoc poetae tribuendum, neque ad proverbium, de quo agitur, momenti cuiusquam est.

2) De cynis Apollini sacris egregius est Platonis Phaedon. p. 85. HS. locus, quem afferō, ut hinc scriptorem vitae Platonicae, quae edita legitur in Heerenii *Bibliothek für alte Litteratur und Kunst*, fasc. 5. in ed. in transcurso emendem. In verbis enim, quae apud hunc p. 7. leguntur, ἐξ ἑαυτοῦ μὲν, ὅτι ὁμόδουλον ἑαυτὸν ἐκάλε τῷ κύκνῳ apparet sponte color e Platonis illis verbis adductus: ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἡγοῦμαι ὁμόδουλος τε εἶναι τῶν κύκνων καὶ ἱερός τοῦ αὐτοῦ θεοῦ (Apollinis). Legendum igitur τῶν κύκνων pro τῷ κύκνῳ.

Ibid. p. 48. No. LI. ex Schol. Pindari Olymp. I, 97. ed. Boeckh. Ἄλκαϊος δὲ καὶ Ἀλκμῶν λίθον φασὶν ἐπαιωρεῖσθαι τῆ Τάνταλον [ὃ μὲν Ἄλκαϊος] Κεῖσθαι πὰρ κεφαλᾶς μέγας ὠάς... σιμίδα λίθος. Quem locum obscurissimum, quum Matthiaeus intactum plane reliquerit, nuper retractavit Welckerus in Iahnii Annal. philol. a. 1830. T. I. 1. p. 32. Qui quum ex Passovio audiisset, in uno cod. Vratisl. lacunam quatuor litterarum exstare post μέγας, in altero lacunam post ὠάς abesse, sine haesitatione putavit, ὠάς et quod sequitur post lacunam σιμίδα iungenda esse, quibus nexis facile prodeat lectio θρασυμίδα. Ut elegans haec coniectura sit et e litterarum ductibus, lacunae ratione non habita, facile colligenda: tamen non potest ea ante admitti, quam forma θρασυμίδης exempli vel gemini vel similis auctoritate Graecitati vindicata erit. Quae enim afferuntur ex genere nominum propriorum sunt omnia. Alia est emendandi ratio Eduardi Gerhardi, quam per litteras secum communicatam Welckerus affert, quamque, quod miror, alienam a nostro loco censet. Mihi quidem contra videtur egregia et quae ad veram loci scripturam tutissime ducere possit. Etenim in elementis imperfectis σιμίδα Gerhardus ingeniose vidit latere Σίπυλι montis mentionem, itaque putat scribendum: κεῖται πὰρ κεφαλᾶν μέγας ὄρεος Σίπυλω λίθος. Cui scripturae quod opponat, Welckerus aliud nihil habet, nisi quod montis mentionem a fabulae argumento abhorreere dicit. „Allein die Beschaffenheit des Mythos, inquit, schliesst den Berg, wie mit der vollkommensten Bestimmtheit zu versichern ist, aus.“ Haec vero haud satis circumspecte monita sunt a viro praestantissimo. Disertis enim verbis Antonius Liberalis 36: Τάνταλον δὲ, ἐπεὶ τὸν ὄρκον ἐψεύσατο, κατέβαλε καὶ ἐπηώρει αὐτῷ (ita e Koenii coniectura pro καὶ περὶ αὐτόν) ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον, ad quem locum Munckerus apte confert Scholiastae ad Odysseam verba: ὤμοσεν ὁ Τάνταλος μὴ ἔχειν, ὅθεν ὁ Ζεὺς κατέστρεψεν αὐτῷ Σίπυλον τὸ ὄρος.

Cf. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 406. Afferri etiam nostram in rem potest *Tantalus* urbs, quam serius Sipyllum vocavere. v. Plin. H. N. V, 31. Anonymi comment. in Cic. pro Flacco in Maii Class. Auctor. T. II. p. 10. His igitur positus, quorum fidem non est cur in suspicionem vocemus, patet Sipyli mentionem non modo non alienam sed loco commodissimam esse. Sed inest in Gerhardi lectione aliquid levioris momenti, quod displicet. Intellexit enim bene, *κεφαλαῖς*, ut Codices, quod sciam, omnes tenent, non iungi posse cum *πάρ*; quare *κεφαλάν* posuit. In hac vero voce mendum non quaerendum arbitrator, sed potius in ipso *πάρ*, quod commutandum cum *ὑπὲρ* videtur. Hoc enim unice verum, quum et ad sensum verborum necessarium et fabulae argumento unice consentaneum sit: de hiatu admissa hac lectione orto non magnopere laborandum. Pindarus Olymp. I, 91: *πατὴρ ὑπερκρέμασε κάκτερον αὐτῷ λίθον, τὸν αἰεὶ μενοιῶν κεφαλαῖς βαλεῖν, εὐφροσύνας ἀλλάται.* Isthm. VIII, 21: *ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλαῖς γε Ταντάλου λίθον παρὰ τις ἔτρεψεν ἄμμι θεός.* Plato Cratyl. p. 395. D. *καὶ τελευτήσαντι ἐν ἄδου ἢ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τοῦ λίθου τανταλεία. θανμαστή ὡς σύμφωνος τῷ ὀνόματι.* Hyperides apud Alexandrum inter Aldi Rhetores I. p. 581: *εἰ Ταντάλῳ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς λίθος κρεμάται,* quem locum Porsono ad Euripidis Orest. 5, cuius verba, *κορυφῆς ὑπερέλλοντα δειμαίνων πέτρον*, huc pariter pertinent, debeo. Paullus Silentarius Ep. 33. *Τάνταλος ἀκριτόδακρυς, ὑπερέλλοντα δὲ πέτρον δειδίεν.* Hinc Latini scriptores, *impendere* Tantalos saxum dixere. Cic. de fin. I, 18. Tusc. IV, 16. Lucret. III, 993. Alibi saxum illud appellatur *λίθος ἐπηρητημένος*, ut apud Sopatrum Stobaei XLIV. p. 311. et Pausan. X, 31. Cuius verba iuvat adscribere: *ὑπὸ τούτῳ δὲ τῷ πίθῳ Τάνταλος καὶ ἄλλα ἔχων ἐστὶν ἀλγεινὰ, ὅποσα Ὀμηρος ἐπ' αὐτῷ πεποιήκεν, ἐπὶ δὲ αὐταῖς πρόσεστιν οἱ καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρητημένου λίθου δεῖμα.* Describitur ibi in pictura Delphica Tantalus figura, saxum impendens ne delabatur

timentis. In quo contextu quo sensu ἐπὶ δὲ αὐταῖς dictum sit, vel quo referatur, obscurum est. Mendum facillime tollitur, si mecum scribas ἐπὶ δὲ αὐγαῖς, de qua confusione utriusque vocabuli Iacobsius ad Philostratum et Siebelisium ad Pausaniam disputarunt. Nil vero aptius reposito. In oculis enim timoris et metus signum maxime conspicuum. Cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 140. Praeterea constat, ars antiqua quantum in animi affectibus per oculos describendis valuerit, de qua vide Welcker. ad Philost. Imag. Prooem. p. 196. seq. collato Iacobsio ibidem p. 590. Ceterum ne quis putet usum v. αὐγή pro *oculus* vel *rupilla* poëtis unice proprium esse, affero Xenoph. de Venat. 5, 26, ubi de lepore: βλέπει δὲ, αἰτ, οὐκ ὄξυ, διὰ πολλά. τὰ τε γὰρ ὄμματα ἔχει ἔξω, καὶ βλέφαρα ἔλλείποντα, καὶ οὐκ ἔχοντα προβολὴν ταῖς αὐγαῖς. Apud Eutecnium Paraphr. Oppian. I, 28. p. 182 ed. Schneid. de Phoenice leguntur: ἦν γὰρ ποτε γηράσκων πρὸς τὰς πτήσεις ἑαυτὸν ἴδοι νοθέστερον, ἢ τὰς αὐγὰς τῶν ὀμμάτων ἐλαττομένης etc.

In Alcaei reliquiis colligendis tametsi Matthiaeus summam diligentiam posuit, tamen unius alteriusve fragmenti supplemento augeri fortasse poterunt. Quod nunc in medium proferimus, coniecturae quidem merae debetur, sed nisi fallimur, satis probabili. Etenim in Herodiani verbis περὶ μόν, λέξ. p. 9, 51 ed. Dindorf. εὐρυπῶν ἀλκμοῖς ἦδε ὀυπῶν, quae corrupta esse quisque intelligit, suspicor Alcaei nomen latere. Potuisset etiam de Alcmane cogitari: sed facilius videtur restitutio ἀλκ ΑΙΟΣ pro ἀλκ ΜΟΙΣ. Difficilior quaestio est de nomine proprio, quo usus fuerit Alcaeus, reponendo, quam sagacioribus explanandam committo.

F r i d e r i c u s O s a n n .